



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

63. Considerando Passionem Domini, tributum pro ea Deo Patri, & Christo
Domino persolvere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

MODUS LXIII.

Modus sexagesimus tertius meditando Passionem Domini Nostri esse potest: ita Passionem Dominicam recogitando meditandoque decurrere, ut Deo Patri tanquam Principali Redemptionis nostræ, per Passionem Christi Authori, pro eadem Passione, eadem ipsâ Passione tributum dependamus. Dabo explicationem hujus meditando modi, ipsumque adeò modum, ex probatissimo scriptore, tametsi non ad verbum ex eo desumptum.

Alozzius Novarinus lib. de Tributo Divino §. 31. 32. sive, Tributo 15.

Debites sumus Deo nostro Patri Eterno, tributi compassionis pro Passione, quam pro nobis pertulit unigenitus ejus, & Dominus Noster Jesus Christus. In qua compassione, minimè nos esse parcos convenit, quando & Dominus noster Jesus Christus in sua pro nobis Passione minimè parcus, summè autem liberalis fuit: idque à primo conceptionis suæ instanti, usque per totam vitam suam: propter quod etiam gratitudinis nomine debemus illi hunc compassionis affectum, sive tributum, toto quo possumus cordis affectu illum exercendo.

1. Ac primò colligemus in unum omnes actus, sive Compassionis, sive Gratiarum actionis, quoscunque unquam aliqua creatura persolverunt Deo, præsertim pro Redemptionis suæ, Passionisque Christi beneficio, atque omnes hos actus, affectusque quanti quanti sunt, denuo Deo in tributum offeramus, quantumvis alias dudum eidem oblatos.

2. Secundò. Desideremus habere & exercere talem compassionis affectum, qui sit par Christi Passio-

Passioni, nostræ pro illa erga ipsum obligationi; quem quia in effectu habere non possumus, saltem in desiderio illum habere studeamus.

Tertio. Studeamus amplius semper cognoscere atque exercere oblationem illam vitæ ac Passionis Christi, ejusque modum, quem ipse Dominus Jesus tenuit in offerendo semetipso Passioni, & idem ejusdem desiderium & amorem, quo partim Passus est, partim pati amavit, & optavit.

Quarto. Consuecamus Passionem Domini representare in omnibus (quoad representari potest) actionibus, occupationibusque nostris. v.g. Dum ambulamus, representemus quasi Christum cum Cruce ambulantem, dum manus brachiaque expandimus, effingamus Christum in cruce expansa brachia expandentem: dum in lecto sumus, Christum in cruce positum representemus; dum loquimur, Christi verba inter patiendum referamus: dum tacemus, silentio nostro, Christi in Passione silentium veneremur. Par de aliis actionibus ratio.

Quinto. Offeramus Deo omnes dolores, quos aut alii passi in morte sua sunt, aut patientur, aut etiam nos patientur in morte nostra: respiciendo in illis, conjungendoque illos doloribus Christi, quos in Passione, & morte sua pro nobis sustinuit.

Sexto. Coacervemus in nostrum Cor cum omni affectu nostro, omnes fructus, qui ex Passione Christi, & nati sunt, & nascituri: eosque omnes offeramus ipsi Christo, cum singulari quadam complacentia, atque congratulatione ex eis, & quòd Christus per suam infinitam sapientiam, eos

3.

4.

5.

6.

Dr
 Gick
 er: cas
 om us
 T V
 S 8

eos ex sua amara, & probrosa, pro nobis Passione, cruce, & morte educere scivit.

7. Septimò. Convertamus cælesti quâdam spiritualique alchimiâ omnes nostros, & omnium reliquarum creaturarum dolores, compassionem, tristesque affectus, & sensus, qualitercunque habitos, & toleratos, in affectum quàm maximam compassionis pro Passione, & super Passionem Christi.

8. Octavò. Omnes item dolores, afflictionesque nostras, acceptemus à Deo, & sustineamus cum omni modestia, & hilaritate, propter amorem JESU passi, ejusque Passionis pro nobis; optando ut omnes creaturæ id ipsum faciant, atque etiam earum hac in parte vicem quantum ex nobis supplendo, Deumque in omnibus omnium afflictionibus laudando, omnes pro eis perferendo, atque Christi passionibus uniendo, & ut ipse illa uniat desiderando, atque rogando.

9. Nonò. Si quando in aliquam imperfectiorem defectumq; labimur, subitò pro illo lapsu nostro offeramus Deo totum illud, quod innocentiſſimus Agnus Dei pro nostris peccatis pertulit. Et quantò erunt majores lapsus nostri, tantò diligentius pro omnibus illis intendamus, consueſcamusque, tam Patri Æterno, quàm ipsius Domini JESU cordi, offerre Passionem Christi, & quidem pro ejusdem corde.

10. Decimò. Oremus Amabilissimum Redemptorem nostrum, ut sibi met ipsi offerat pro nobis totum id, quod passus est pro nobis. Itemque oremus, & Sanctos omnes, ut offerant pro nobis Passionem Christi, ipsimet Christo.

11. Undecimò. Supplicemus Pretiosissimæ Dei Matri

S:
op
T
L

Matri Virgini MARIÆ, ut totum hoc, quod in Passione Filii sui perpeffa ipsa est, offerat eidem Filio pro nobis passo. Vicissim verò offeramus, & præsentemus Christo, MARIÆ Matris Filio, id totum, quod illa cum ipso, & pro ipso passa est, quodque ipse cum Matre, & in Matre sua MARIA perpeffus est, & denique etiam ipsi Matri hoc offeramus, quod Filius ejus in ipsa perpeffus est.

Duodecimò. Demus operam, ut non sit ullum verbum, non spiramentum, non cogitatio, non actio, non passio, seu mutatio ulla in nobis, vel à nobis, cui inferere non intendamus, supra dictos actus, in infinitum multiplicatos, & secundum quod Deus scit, aut potest facere, fierique multiplicatos; adjungendo extensioni, & numero actionum, intensionem quoque majorem, ac majorem, perfectioremque semper.

Supradicti Actus, etsi melius affectibus Cordis, quam vocibus oris exercebuntur, poterunt tamen etiam hiscẽ sequentibus, vel aliis his similibus verbis exprimi, & exerceri.

Benedictus sis ô Pater Æterne, & sit benedicta infinita charitas tua, quæ te impulit, ut unigenitum Filium tuum dares ad assumendam nostram mortalitatem, in qua pati & mori pro nobis posset. Benedico te, & in omnem æternitatem benedicere volo, pro eo, quòd sicut Filium tuum ab æterno ex tua substantia genuisti; ita etiam eundem ab æterno ardentem voluisti nasci ad patientium pro nobis. Atque utinam prævaleam adeò gratus esse Majestati tuæ pro hoc beneficio, quàm magnus est Amor ipse tuus, quem in ipso isto beneficio demonstrasti nobis.

Nunquam volo permittere mihi met, ut ex memò-

12.

1.

2.

D
B
r
om
T
V
8

memoria mea deleatur recordatio beneficii huius Domini mei Iesu Christi, quod præstitit mihi pati-
tendo pro me, ac si prorsus mei solius causâ pati
venisset aut passus esset.

3. Volo etiam ex nunc ad te Dominum meum
dirigi omnes operationes meas, omniumque alia-
rum creaturarum, omnes cogitationes, locutio-
nes, respectus, intentionesque, immerfas, & ab-
sorptas, & appetitas, in sanguine atque Passione
JESU Christi, cum omnibus actibus gratiarum
actionis, & compassionis, & devotionis, tuæ Ma-
jestati unquam exhibitis, à quocunque servorum
tuorum, in unione Passionis ejusdem Domini
nostri, filii autem tui, Iesu Christi.

4. O Domine Iesu Christe, nunquid ego tanta
pati possum pro Te, quanta Tu passus es pro me?
Non equidem possum, attamen in compensatio-
nem qualem qualem huius impotentia meæ, of-
fero tibi totaliter, quidquid passus unquam sum,
quidquid adhuc patiar, quidquid passi sunt homi-
nes universi, atque adhuc aliquando patientur,
quacunque de causa, & quocunque motivo.
Quod totum volo, & intendo, ut fiat propter
amorem tuum, & propter amorem totius Passio-
nis tuæ pro nobis.

5. Æterne Deus, & Pater Domini Nostri Iesu
Christi, omnes defectus, omniaque delicta, &
mea, & omnium creaturarum tuarum, quæcun-
que unquam commisimus displicita tuæ sanctissi-
mæ voluntati: nunc quidem ego, quantum in
me est, agnosco, confiteor, & retracto, coram
Te, simul autem Bonitati tuæ offero totum id,
quod Dominus noster Iesus Christus Filius tuus
passus est, pro omnibus delictis nostris, simulque
obla-

G:
op
T
V

oblati-
nem,
obtul-
D
singul-
quant-
Passio-
dos,
meis,
usque
referr-
sensit
ejus an-
verbis
mini
Parite-
filenti-
lud ex-
potum
quum
in felle
dine,
Passio-
jungo
tati, p-
illusor-
Deniq-
daro
quem
num,
omner-
que Pa-
est, on-
& hon-

oblationi huic meæ, adjungo illam ipsam oblationem, quâ tibi Æterno suo Patri, Dominus JESUS obtulit suam omnem pro nobis Passionem.

Desidero, statuo, & intendo, omnibus & singulis actionibus meis representare, ac etiam quantum mihi fas fuerit, exercere totam Christi Passionem, omnesque Passionis partes ac modos, & actiones. Sic volo, ambulationibus meis, dolorosas Christi per suam Passionem, ad usque Crucifixionis suæ locum ambulationes referre, illasque his associare, & hoc ipsum quod sensit in suis JESUS, ego quoque in meis propter ejus amorem sentire. Sic etiam volo omnibus verbis ac sermonibus meis venerari omnes Domini mei inter patiendum pro me, locutiones. Pariter, silentium omne meum, admirando illi silentio Domini mei conjungere, eodemque illud exornare volo. Omnem quoque cibum & potum meum, quem aliquando propter obsequium tuum divinum sumam, intingere volo in felle, myrrha, aceto, totaque calicis amaritudine, quem Dominus meus JESUS CHRISTUS in sua Passione bibit & ebibit. Vestitum meum conjungo, Domini mei, partim spoliati & nudati, partim candidæ Herodianæ vesti, partim illuloriæ purpuræ, quâ illusus est pro nobis, &c. Denique somnum meum, & lectum, associoduro Crucis Christi lecto, mortisque somno, quem in Cruce obdormivit pro me. Ad extremum, protestor me intendere, proponereque omnem sive corporis, sive animi actionem, atque Passionem meam, quin & quantum in me est, omnis creaturæ, in conjunctione, respectu, & honore, atque veneratione amarissimæ simulque

6.

Dr
 Gick
 er: as
 om is
 T V
 5 8

que pretiosissimæ Passionis ac Mortis Domini Nostri JESU Christi peragere.

7.

Recipe etiam Pater æterne, de manibus meis totum id, quod pretiosissima Filii tui, Dei Domini nostri Genitrix, in Passione Filii sui, Tuque, perpeffa est. Recipe inquam, sed potius de manibus illius ejusdem Matris illud ejus sacrificium, quod illa Mater omnis pietatis, fecit, & obtulit cordi tuo Divino pro nobis, tam ex se ipsa, quàm ex Filio suo, eodemque Tuo, ac Redemptore nostro.

8.

Congrego in unum, atque comprehendo toto cordis mei affectu, omnes effectus fructusque Passionis Domini Nostri JESU Christi, præteritos, præsentis, ac futuros, in omni tempore, ac tota deinceps æternitate: eosque omnes quanti quanti sunt, Tuæ, ô Pater Æterne, Majestati offero, & in hac oblatione permanere volo, omnibus, & singulis momentis vitæ meæ, ipsam istam permanendi in hac oblatione voluntatem in ea comprehendo, atque ut sit quasi unus ex Passionis Christi JESU fructibus intendendo, ut tantò acceptior sit tuæ Divinæ voluntati, Majestati, voluptati.

9.

Quâlibet respiratione & aspiratione, totius vitæ meæ, offerre intendo, & re ipsâ actualiter offero, vitam omnem meam, actionemque omnem vitæ totius meæ, tuæ pro me in ligno Crucis expirationi, & per punctum illud instansque mortis meæ, quo actualiter moriar, propono, & intendo, pro Te Domino meo mori, ut hac ratione morte meâ cor respondeam aliquantula ex parte Morti tuæ, instantique mortis tuæ, quo tu omnis vitæ author in Cruce expirâsti pro me:

Atque

Atque
possum
talis,
tem.

A

nunc t

de seip

dem l

tum si

itemq

MARI

tura E

roto ill

tantoc

ipse pl

U

quanti

sus: fi

do pro

no, &c

SExa

ne

quem

scribit

vir unu

Attulit

dine vi

intellig

mediam

sapien

librum.

Atque

K. P.

Atque ad hanc ipsam intentionem, quantum possum, dirigo omnem quoque, omnis mortalium, & mortuæ, morituræve creaturæ mortem.

Accepta, ô Æterne Deus, pro tributo à me nunc tibi exhibito, oblationem illam, quam tibi de seipso fecit pro me JESUS, quamque de eodem Domino JESU Filio suo, simulque tuo, tum simul & de seipsa fecit Mater Domini JESU, itemque illam, quam & ipse JESUS, & ejus Mater MARIA fecerunt Tibi pro me, & pro omni creatura. Et insuper intendo per omnia esse totus tuus, toto illo modo, quo tuum esse Filius tuus fecit, tantoque me ad hoc amplius obligavit, quanto ipse plus pro me pertulit.

Usque huc Novarini modus atque sensus quantum per me licuit ex ejus Italico expressus: fitque hoc interim satis, de tributo solvendo pro Christi Domini Passione, Deo Patri Æterno, &c. &c.

MODUS LXIV.

SEXAGESIMUS quartus Modus meditandi Passionem Domini nostri, esse potest, ejusmodi, quem adumbratum legimus in Esdra de quo scribitur. *(Congregatusque est omnis populus quasi 2. Esdra 3. 1.)*
vir unus ad plateam, quæ est ante portam aquarum. Attulit ergo Esdras Sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctisque qui poterant intelligere. Et legit in eo aperte, de mane usque ad mediam diem in conspectu virorum & mulierum, & sapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad tabrum. Stetit autem Esdras scribe super gradum
V. P. Druzb. Op. VIII. Cc. ligneum

Druzb.
Bicki
re: 2800
omnis
J. V.
8